te / maledictus eris in ciuitate &
maledictus in agro / maledictum
horreum tuum & maledicta reposi
toria tua / maledictus fructus uentris
tui & terre tue / fructus armentorum
tuorum & greges ouium tuarum /
maledictus eris ingrediens & maledictus
egrediens / mittet dñs in te famem
& esurie & increpationem in cuncta
opera manuum tuarum que facies
donec conterat te & delens disperdat
te cito propter malitiam adinuentionum
tuarum quibus dereliquisti me / adhe
rebit dñs tibi pestilentiam donec
consumat te de terra ad quam ingredi
eris ut possideas eam / percutiet te
dñs egritudine & febre & frigore &
feruore & aeris corruptione & rubigine
& persequetur te donec pereas / sit
celum quod est super caput tuum
æs & terra que subest ferrea / det
dñs imbrem terre tue pulueris &
cinis de celo descendat super te donec
conteraris / tradet te dñs corruptum
coram inimicis tuis / per unam uiam
egredieris contra eos & per septem
fugies coram eis & dispergeris in
cunctis regnis terre / erit cadauer
tuum in escam cunctis uolucribus
celi & bestiis terre / & non erit qui
abigat / percutiet te dñs ulcere
egypti & inguinum & ani & scabie
& prurigine de quibus curari non
possis / percutiet te dñs furore &
insania & cecitate mentis / & palpa
bis in meridie sicut palpare solet
cecus in tenebris / & non dirigis
uias tuas / eris autem cunctis diebus
calumniam patiens & uiolentum
possessor domus tue / desponsabitur
uxor tua & alius dormiet cum ea /
edificabis domum & non habitabis
in ea / plantabis uineam & non
uindemiabis eam / bos tuus occi
detur coram te & non comedes ex
eo / asinus tuus rapietur a facie
tua & non reuertetur ad te / oues
tue dabuntur inimicis tuis & non
erit qui te adiuuet / filii tui & filie
tue tradentur populo alteri / oculi
tui uidentes & deficientes ad
desiderium tota die / & non erit
fortitudo in manu tua / fructus
terre tue & omnes labores tui
comedet populus quem ignoras /
& eris calumniam patiens & op
primeris cunctis diebus / stupidus
eris ad ea que uidebunt oculi tui /
percutiet te dñs scabie pessima in
genibus & in suris sanari non
possis a planta pedis usque ad
uerticem tuum / ducet dñs te &
regem tuum quem constituisti super
te in gentem quam ignorabas tu &
patres tui / & ibi seruies diis alienis
ligno & lapidi / eris in exemplum
& in fabulam cunctis populis ad
quos ducet te dñs / semen multum
proferes in terram & pauca con
dues / quia deuorabit ea bruchus /
uineam plantabis & colas & non
bibes uinum neque colliges quia
comedent eam uermes / oliuas habe
bis in cunctis terminis tuis & non
ungueris oleo / quia defluet fructus
tuus / filios & filias genues & non
habebis eos quia ducentur in
captiuitatem / omnes arbores tuas
& fructus terre tue robigo consumet /
aduena qui habitat inter te ascendet
super te per gradum / ipse tibi
fœnerabit & tu non fœnerabis ei /
ipse erit in caput & tu eris in
caudam / uenient super te omnes
maledictiones iste & persequentes
apprehendent te donec conteraris /
quia non audisti uocem dñi dei tui
ut custodires mandata eius & cere
monias quas precepit tibi / & erunt
in te in signum & in portentum &
in semine tuo usque in sempiternum /
pro eo quod non seruieris dño deo
tuo in gaudio & letitia cordis tui
propter ubertatem cunctorum / seruies
inimico tuo quem mittet dñs in te
in famem & in sitim & in nuditatem
& in omnium penuriam / & ponet
iugum ferreum super cervicem tuam
donec conterat te / adducet dñs
super te gentem de longinquo de
extremis finibus terre / sicut uolat
aquila & impetum faciet / gens
cuius non intelliges linguam / gens
procax que non habet pudorem
senis nec misericordiam pueris /
& comedet fructum iumentorum
tuorum & fructum terre tue donec
conteraris / & non relinquet tibi
frumentum uinum & oleum armenta
boum & greges ouium donec te
perdat / & obsidebit te in cunctis
urbibus tuis / & destruet muros
tuos excelsos & munitos in quibus
tu habes fiducias / & obsidebit te
in cunctis urbibus tuis / in omni
terra tua quam dabit tibi dñs deus
tuus / & comedes fructum uentris
tui carnes filiorum tuorum & filia
rum tuarum quas dabit tibi dñs
deus tuus in obsidione & in angustia
qua premet te inimicus tuus / homo
delicatus in te & nimis luxuriosus
& qui uix dum super terram ponere
dignum ducit pedem / quia lenis
nimis & mollis est / aspiciet oculo
nequam fratrem suum & uxorem
quam diligit & filios quos genuit /
& non dabit eis ex carnibus filiorum
suorum quas comedet / eo quod
nihil aliud habeat in cunctis rebus
in obsidione & in angustia qua
premet te inimicus tuus in cunctis
urbibus tuis / mollis & delicata
mulier que super terram ponere
pedem per mollitiem & delicias
nequaquam uoluit / aspiciet oculo
nequam uirum de sinu suo & filium
suum & filiam / secundinas que
egrediuntur de medio uentris eius
& ipsos infantes quos peperit /
comedet eos clam propter inopiam
omnium rerum in obsidione & in
angustia qua premet te inimicus
tuus in cunctis urbibus tuis / si
non custodieris & feceris omnia
uerba legis huius que scripta sunt
in libro isto / ut timeas nomen
gloriosum & horribile dñi dei tui /
augebit dñs plagas tuas & plagas
seminis tui / plagas magnas & per
petuas infirmitates pessimas / &
inducet omnes egritudines egypti
quas timuisti & adherebunt tibi /
insuper & omnem infirmitatem &
plagam que non est scripta in libro
legis huius inducet dñs super te
donec conteraris / & remanebitis
pauci numero pro eo quod fuistis
sicut stellæ celi multi numero /
eritis autem subiecti uoci dñi dei
tui / & sicut lætatus est super
uobis ut bene faceret & multiplicaret
uos ita lætabitur delens & perdens
uos / & auferetur de terra ad quam
ingredieris ut possideas eam / dispergit
te dñs in omnes populos a finibus
terre usque ad terminos eius / & ibi
seruies diis alienis quos ignorasti
tu & patres tui ligno & lapidi /
& inter gentes illas non requiescet
& non erit requies pedibus tuis /
sed dabit dñs ibi cor pauidum &
deficientes oculos & animam
merentem / & erit uita tua quasi
pendens ante te / timebis nocte &
die & non credes uitæ tue / mane
dices quis mihi det uesperum &
uespere quis mihi det mane propter
cordis tui formidinem qua terreberis
& propter uisa oculorum tuorum
que uidebis / & reducet te dñs in
classibus per uiam de qua dixi tibi
ut ultra non uideres eam / & ibi
uenundabimini inimicis uestris in
seruos & ancillas & nullus erit qui
emat / Hec sunt uerba pacti quod
precepit dñs moysi ut feriret cum
filiis israel in terra moab / preter
fœdus quod pepigerat cum eis in
horeb / Vocauit autem moyses
omnem israel & dixit ad eos / uos
uidistis cuncta que fecit dñs coram
oculis uestris in terra egypti pha
raoni & omnibus seruis eius & uni
uerse terre illi / temptationes magnas
quas uiderunt oculi tui signa &
prodigia illa grandia / & non dedit
dñs uobis cor intelligens & oculos
ut uidere possitis & aures ut audire
valeatis usque in presentem diem /
& ego duxi uos quadraginta annis
per desertum / non sunt attrita
uestimenta uestra que habebatis
indumenta & calciamenta pedum
uestrorum non sunt atrita / panem
non comedistis & uinum & sicera
non bibistis / ut sciretis quia ego
sum dñs deus uester / & uenistis
ad locum istum egressique est
sehon rex esebon & og rex basan
contra nos ad pugnandum & per
cussimus eos / & tulimus terram
eorum & dedimus eam possidendam
rubenitis & gadditis & dimidie tribui
manasse / custodite ergo & facite
omnia uerba pacti huius ut intelli
gatis cuncta que facitis / uos stetis
hodie omnes coram dño deo uestro
principes uestri & tribus uestre
maiores natu & doctores cuncta
multitudo uirorum israel / uxores
uestre & filii uestri & aduena qui
habitat in castris uestris / a lignorum
cesore usque ad aquarum hauritorem /
ut transeas in fœdere dñi dei tui &
in execratione quam hodie dñs deus
tuus percutit tecum / ut suscitet te
hodie populum sibi & ipse sit deus
tuus sicut locutus est tibi & sicut
iurauit patribus tuis abraham isaac
& iacob / non uobiscum tantum ego
hoc fœdus ferio & hanc execrationem
sed cum his qui nunc nobiscum
stant coram dño deo nostro & cum
his qui non adsunt hodie / scitis
enim quomodo habitauerimus in
terra egypti & quomodo transierimus
per medias gentes quas preterimini /
uidistis abominationes eorum &
idola lignea & lapidea argentea &
aurea que habebant apud se / ne
forte sit in uobis uir aut mulier
familia aut tribus que hodie auertat
cor suum a dño deo nostro ut eat
& seruiat diis gentium illarum ne
sit in uobis radix germinans fel &
absinthium / & habens in occultis
suis hanc uocem cum audierit uerba
execrationis huius benedicam mihi
& sanum me esse dicam cum ambu
lauero in pravitate cordis mei ut
addam ebrietati siti / non uult dñs
ignoscere illi sed tunc furor dñi &
zelus eius fumabit contra hominem
illum / & descendent super eum
omnes maledictiones que scripte sunt
in libro isto / & delebit dñs nomen
eius de terra / & separabit eum in
malum cunctis tribubus israel iuxta
omnes maledictiones fœderis que
scripte sunt in libro legis huius /
& dicet generatio altera filii uestri
qui nascentur de uobis & peregrinus
qui de terra longinqua uenerit /
plagas terre illius & infirmitates
quibus eam dñs uisitauerit / sulphur
& salem & incendium universam
regionem eius ne seri quidem posse
& non germinare nec ullum crescere
herbam in ea / sicut subuersionem
sodomorum & gomorre adme & seboim
quas subuertit dñs in furore & ira
sua / & dicent omnes gentes quare
sic fecit dñs terre huic / quæ est
ira furoris hec / & respondebunt
quia dereliquerunt pactum dñi dei
patrum suorum quod pepigit cum
eis cum educeret eos de terra egypti /
& abierunt & seruierunt diis alienis
& adorauerunt eos quos ignorabant
& quos non dederat eis / iratus est
furor dñi contra terram illam ut
induceret super eam omnem maledic
tionem que scripta est in libro isto /
& eiecit eos dñs de terra sua in ira
& furore & indignatione grandi &
proiecit in terram alienam sicut
patet hodie / quæ occulta sunt dño
deo nostro / nobis autem & filiis
nostris usque in sempiternum ut
faciamus uniuersa uerba legis huius /
cum autem uenerint super te omnia
uerba hec benedictionis & maledic
tionis que proposui coram te & ea
reputaueris in corde tuo inter cunctas
gentes ad quas eiecit te dñs deus
tuus / & conuersus ad eum audieris
uocem eius iuxta omnia que ego
precipio tibi hodie tu & filii tui in
toto corde tuo & in tota anima tua /
reduxerit dñs deus tuus captiuitatem
tuam & misertus fuerit tui & rursum
congregabit te de cunctis populis
per quos ante dispersit te / si fuerit
extremum habitaculum tuum in
extremo cæli inde te eruet & inde
te tollet dñs deus tuus / & introducet
in terram quam possederunt patres
tui & possidebis eam / benefaciet
tibi & ditabit te super patres tuos /
circumcidet dñs deus tuus cor tuum
& cor seminis tui ut diligas dñm
deum tuum in toto corde tuo & in
tota anima tua ut uiuas / & si feceris
hec ipse pones inimicos tuos & eos
qui oderunt te & persecuti sunt /
tu autem reuertere & audi uocem
dñi & facies omnia mandata eius
que ego precipio tibi hodie / & abun
dare faciet te dñs deus tuus in
cunctis operibus manuum tuarum
in fructu uentris tui & in fœtu
iumentorum tuorum & in germine
terre tue ad bonum / reuertetur enim
dñs ut gaudeat super te in bonis
sicut gauisus est super patres tuos /
si audieris uocem dñi dei tui & cus
todieris mandata eius & cerimonias
que scripte sunt in libro legis huius
& reuertaris ad dñm deum tuum in
toto corde tuo & in tota anima tua /
Mandatum hoc quod ego precipio
tibi hodie non supra te est neque
procul positum / non in celo situm
ut possis dicere quis ascendet pro
nobis in celum & tollet illud ad nos
& audientes illud opere compleamus /
neque trans mare positum ut causeris
& dicas quis transfretabit mare &
perget ad nos & audita nobis tribuat
ut illud faciamus / sed iuxta est
sermo ualde in ore tuo & in corde
tuo ut facias illum / Ecce ego pro
posui hodie coram te uitam & bonum
& e contrario mortem & malum /
quæ ego precipio tibi hodie ut diligas
dñm deum tuum & ambules in uiis
eius & custodias mandata illius &
cerimonias & iudicia / ut uiuas &
multiplicaberis & benedicet tibi dñs
deus tuus in terra ad quam ingredi
eris ut possideas eam / si autem
auerterit cor tuum & nolueris audire
& errore deceptus adoraueris deos
alienos & seruieris eis / predico
uobis hodie quod pereatis & non
diu permanebitis in terra ad quam
transgressurus iordanem ingredieris
ut possideas eam / testificor hodie
celum & terram me uobis posuisse
uitam & mortem benedictionem &
maledictionem elige ergo uitam ut
& tu uiuas & semen tuum / & ut
diligas dñm deum tuum & obedias
uoci eius & illi adhereas / ipse enim
tibi uita tua & longitudo dierum
tuorum / ut habites in terra pro
missa patribus tuis abraham isaac
& iacob ut daturus eis / Vocauit
ergo moyses & locutus est uerba
hec ad omnem israel / & dixit ad
eos centum & uigintiannorum sum
hodie nec possum ultra egredi &
ingredi / dñs quoque dixit mihi non
transibis iordanem istum / dñs deus
tuus ipse transibit ante faciem tuam
delebit omnes gentes has coram te
& possidebis eas / & iosue ipse
transibit ante faciem populi sicut
locutus est dñs / faciet autem eis
sicut fecit sehon & og regibus amo
rreorum & terre eorum quos delevit /
tradetque eos dñs coram uobis &
facietis eis iuxta omne mandatum
quod precepi uobis / uiriliter agite
& confortamini nolite timere nec
paueatis eos quia dñs deus tuus ipse
est qui tecum pergit non dimittet
nec derelinquet te / Vocauit ergo
moyses iosue & ait ad eum coram
omni israel confortare & esto robustus
tu enim introibis cum populo hanc
terram quam iuratus dño patribus
eorum dare / & tu eam sorte possi
dendam diuides / dñs ipse est qui
ante faciem tuam graditur ipse erit
cum eo non dimittet nec derelinquet
te / ne timeas nec paueas / Scripsit
ergo moyses legem hanc & tradidit
eam sacerdotibus filiis leui qui
portabant arcam fœderis dñi & uni
uersis maioribus natu israel / & præ
cepit eis dicens post septem annos
anno remissionis in solemnitate
tabernaculorum / cum uenerit omnis
israel ut appareat in conspectu dñi
dei tui in loco quem elegerit congre
gabis populum uniuersum uiros &
mulieres & paruulos tuos & aduenam
qui intra portas tuas est / ut audiant
& discant & timeant dñm deum
uestrum & custodiant & faciant uni
uersa uerba legis huius / filii eorum
qui nunc ignorant audient & discent
timere dñm deum suum cunctis diebus
quibus uos uiuitis in terra ad quam
transgressurus iordanem ingredimini
ut possideatis eam / dixit quoque
dñs ad moysen ecce dies mortis tue
appropinquant / uocato iosue stetit
in tabernaculo fœderis ut ei mandata
daret / & abierunt moyses & iosue
& steterunt in tabernaculo fœderis /
& apparuit dñs in columna nubis
quæ stetit ante ostium tabernaculi /
dixitque ad moysen ecce tu dormies
cum patribus tuis & populus iste
consurgens fornicabitur post deos
alienos terre ad quam ingredietur
& derelinquet me & irritum faciet
pactum meum quod pepigi cum eo /
& irascetur furor meus contra eum
in die illa & derelinquam eum &
abscondam faciem meam ab eo &
erit in devorationem / & inuenient
eum omnia mala hec & tribulationes
& dicet in die illa quia non est deus
meus mecum hec mala me inuenerunt /
ego autem abscondam faciem meam
in die illa propter omnia mala que
fecit quia secutus est deos alienos /
nunc ergo scribite uobis canticum
istud & docete filios israel ut ediscant
illud & ponant in ore suo / ut sit
mihi canticum istud pro testimonio
inter filios israel / introducam enim
eum in terram pro qua iuravi patribus
eius lacte & melle manantem / & cum
comederit & saturatus fuerit & in
crassatus conuertet se ad deos alienos
& seruiet eis / detrahentque mihi &
irritum facient pactum meum / & cum
inuenerint eum omnia mala hec &
tribulationes multæ & contra eum
testificabitur canticum istud quod
non recedet de ore seminis sui / scio
enim cogitationes eius quæ facturus
est hodie antequam introducam eum
in terram pro qua iuravi / scripsit
ergo moyses canticum istud & docuit
filios israel / præcepitque dñs iosue
filio nun & ait confortare & esto
robustus tu enim introduces filios
israel in terram pro qua iuravi eis
& ego ero tecum / postquam ergo
scripsit moyses uerba legis huius
in uolumine & consummavit / præ
cepit leuitis qui portabant arcam
fœderis dñi dicens / tollite librum
istum & ponite eum in latere arcæ
fœderis dñi dei uestri ut sit ibi in
testimonium / quia ego scio contentionem
tuam & cervicem tuam durissimam
adhuc me uiuente & ingrediente
uobiscum ecce quotidie contenditis
contra dñm quanto magis cum post
mortem meam / congregate ad me
omnes maiores natu per tribus uestras
& magistratus uestros ut loquar
audientibus cunctis sermones istos
& contra eos testificer celum & terram /
scio enim quod post mortem meam
inique agatis & declinetis cito de
via quam præcepi uobis & occurrant
uobis mala in extremo tempore quia
facietis malum coram dño ut irritum
faciatis eum in operibus manuum
uestrarum / locutus est ergo moyses
audiente uniuerso cœtu israel uerba
carminis hec usque ad finem / Audite
celum que loquor & audiat terra
uerba oris mei / concrescat sicut
pluuia doctrina mea fluat ut ros
eloquium meum quasi imber super
herbam & quasi stillæ super gramina /
quia nomen dñi inuocabo date magni
ficentiam deo nostro / dei perfecta
sunt opera & omnes uiæ eius iudicia /
deus fidelis & absque ullo malo
iustus & sanctus dñs / peccauerunt
ei non filii macule sua / generatio
prava atque peruersa / hæccine red
dis dño populo stulto & insipiente /
numquid non ipse est pater tuus qui
possedit te & fecit & creauit te /
memento dierum antiquorum cogita
generationes singulas / interroga
patrem tuum & adnuntiabit tibi
maiores tuos & dicent tibi / quando
diuidebat altissimus gentes quando
separabat filios adam constituit ter
minos populorum iuxta numerum
filiorum israel / pars autem dñi
populus eius iacob funiculus hereditatis
eius / circumdedit illum & circuiuit
& custodiuit quasi pupillam oculi /
sicut aquila prouocans ad uolandum
pullos suos & super eos uolitans /
expandit alas suas & assumpsit eum
atque portauit in humeris suis /
dñs solus dux eius fuit & non fuit
cum eo deus alienus / constituit eum
super excelsam terram ut comederet
fructus agrorum / & sugere mel de
petra & oleum de saxo durissimo /
butyrum armentorum & lac pecorum
cum adipe agnorum & arietum filiorum
basan & hircos cum medulla tritici
& sanguinem uue bibit meracissimum /
incrassatus est dilectus & recalcitravit
impinguatus dilatatus & incurvatus /
dereliquit deum factorem suum &
recessit a deo salutari suo / ad iracun
diam concitaverunt eum in alienigenis
& in abominationibus suis ad furorem
provocaverunt / immolaverunt dæmoniis
& non deo deos quos ignorabant /
novi recentesque venerunt quos non
coluerunt patres eorum / deum qui te
genuit dereliquisti & oblitus es dei
nutritoris tui / uidit dñs & ad iracun
diam concitatus est quia irritaverunt
eum filii sui & filiæ / & ait abscondam
faciem meam ab eis & considerabo
novissima eorum / generatio enim
perversa est & infidelis filii quibus
non est fides / ipsi me provocaverunt
in eo qui deus non erat & irritaverunt
me in idolis suis / & ego transferam
eos ad emulationem in eo qui non est
populus in gente stulta & insipiente
irritabo eos / ignis succensus est
furore meo & ardebit usque ad inferni
novissima devorabitque terram &
germen eius & montium fundamenta
conburet / congregabo super eos
mala & sagittas meas complebo in
eis / consumptione famis & devorabunt
eos aves morsu amarissimo & dentes
bestiarum mittam in eos cum furore
trahentium super terram atque serpen
tium / foris vastabit eos gladius &
intus pavor adolescentem simul &
lactantem cum homine senio deditum /
dixi ubi sunt nunc / & cessare faciam
de hominibus memoriam eorum / nisi
propter iram inimici distulissem ne
forte superbirent adversarii eorum
& dicerent manus nostra excelsa &
non dñs fecit hæc omnia / gens absque
consilio est & sine prudentia / utinam
saperet & intelligeret ac novissima
providerent / quomodo persequatur
unus mille & duo fugent decem milia
nisi quia fortis eorum vendidit eos &
dñs conclusit illos / non enim est deus
noster quomodo illorum deus & inimici
nostri sunt iudices / de vinea enim
sodomorum vinea eorum & de suburbanis
gomorre / uva eorum uva felle plena
botri amarissimi sunt eis / fel draconum
vinum eorum & venenum aspidum
insanabile / hæc condita sunt apud me
& reposita in thesauris meis / mihi
vindicta & ego retribuam in tempore
ut labatur pes eorum / prope est dies
perditionis & adesse festinant tempora /
quia iudicabit dñs populum suum &
in servis suis deprecabitur / videns
quod infirmata sit manus & clausus
quoque defecerit & imbecillis / & dicet
ubi sunt dii eorum in quibus habebant
fiduciam / comedebant adipes victimarum
eorum & bibebant vinum libaminum
eorum / surgant & opitulentur vobis
& sint protectores vestri / videte quod
ego sim solus & non sit alius deus
absque me / ego occidam & ego vivere
faciam / percutiam & ego sanabo &
non est qui de manu mea possit eruere /
levabo ad celum manum meam & dicam
vivo ego in æternum / si acuero ut
fulgur gladium meum & arripuerit
manus mea iudicium / reddam ultionem
hostibus meis & his qui oderunt me
retribuam / inebriabo sagittas meas
sanguine & gladius meus devorabit
carnes / de cruore occisorum & captivitate
nudati hostium capitum / laudate gentes
populum eius quia sanguinem servorum
suorum ulciscetur / & vindictam retribuet
hostibus eius & propitiabitur terræ
populi sui / Venit ergo moyses & locutus
est omnia verba cantici hujus coram
populo ipse & ausue filius nun / cumque
complesset universa verba hec ad omnem
israel / dixit ad eos ponite cor vestrum
in omnibus sermonibus quos ego testificor
hodie ut præcipiatis filiis vestris ut
custodiant & faciant universa verba legis
huius / quia non in vano præceptum
hoc vobis est sed ut in eo vita vestra
& in hac re longo tempore habitetis
in terra ad quam transgressurus iordanem
ingredimini ut possideatis eam / locutus
est dñs ad moysen in die illa dicens /
ascende montem abarim istum montem
nebo qui est in terra moab contra
faciem hiericho & vide terram chanaan
quam ego dabo filiis israel in possessionem /
& morere in monte ad quem ascendis
& applicaberis ad populum tuum sicut
mortuus est aaron frater tuus in monte
hor & appositus est populo suo / eo
quod peccaveritis contra me in medio
filiorum israel ad aquas contradictionis
in cades in deserto sin quia non sanctificastis
me in medio filiorum israel / e contra
videbis terram quam dabo filiis israel
& non ingredieris illam / Hæc est
benedictio qua benedixit moyses homo
dei filiis israel ante quam moreretur /
& ait dñs de sinai ortus est nobis
de seir apparuit nobis de monte pharan
& cum eo milia sanctorum / in dextera
eius ignea lex / etenim diligit populos
& omnes sanctos eius in manu sunt
qui appropinquant pedibus eius / qui
accipiet doctrinam in tabernaculis eius /
lex quam mandavit nobis moyses hæredi
tas multitudinis iacob / & erit in
iesurun rex cum congregati fuerint
principes populi simul & tribus israel /
vivat ruben & non moriatur & sit
parvus numero / hæc autem benedictio
iude & hæc ait audi dñe vocem iudæ
& ad populum suum introduc eum
manus eius pugnabit pro eo & auxiliator
contra adversarios eius eris / Levi
quoque dixit thummim tuum & urim
tuum viro sancto tuo quem tentasti
in tentatione & adjudicasti ei super
aquas contradictionis / qui dixit patri
suo & matri suæ nescio vos & fratres
suos non agnovit & filios suos ignoravit /
hi custodierunt eloquium tuum & pactum
tuum servaverunt / judicia tua docebunt
iacob & legem tuam israel / ponent
incensum in furore tuo & holocaustum
super altare tuum / benedic dñe fortitudini
eius & opera manuum illius dirige /
percute dorsum resistentium & qui
oderunt eum non resurgant / ad beniamin
quoque dixit amantissimus dei habitabit
confidenter in eo protector eius omni
die & inter humeros illius requiescet /
ad ioseph quoque dixit benedicta terra
eius a domino de pomis cæli & de rore
atque abysso subjacente / de pomis
fructuum solis & de pomis parturientium
mensium / de vertice montium antiquorum
& de pomis collium æternorum / de
frugibus terræ & de plenitudine eius
& voluntate habitantis in rubo / veniat
benedictio super caput ioseph & super
verticem nazaræi inter fratres suos /
primogenitus tauri pulchritudo eius
cornua rinoceronti similia in his ventilabit
gentes usque ad terminos terræ / hæc
decem millia ephraim & hæc milia
manasse / & ad zabulon ait lætare
zabulon in exitu tuo & issachar in
tabernaculis tuis / populos ad montem
vocabunt ibi immolabunt victimas
justitiæ / quia abundantiam maris
sugent & thesauros absconditos arenæ /
& ad gad ait benedictus qui dilatat
gad quasi leæna requiescit & rapit
brachium cum vertice / & vidit principatum
suum quia ibi pars legislatoris abscondita
est & venit cum principibus populi /
justitias dñi fecit & judicia sua cum
israel / & ad dan ait dan catulus leonis
fluet de basan / & ad nephthali ait
nephthali abundantia perfruetur & benedictione
dñi implebitur possessio eius mare
& meridiem / & ad aser ait benedictus
in filiis aser sit placabilis fratribus
suis & tinguet in oleo pedem suum /
calciamenta tua ferrea & æramentea
& sicut dies senectutis tuæ ita & fortitudo
tua / non est alius fortis quasi deus
rectus ascendens cælos auxiliator tuus
& gloria sua per nubes / habitaculum
dei sursum & subter brachia æterna /
& ejecit a facie tua inimicum & dixit
conterere / habitavit israel confidenter
& solus aspicit terram frumenti & vini
cæli quoque ejus imbribus rore / beatus
es israel quis similis tibi populus qui
salvaris in domino clypeus auxilii tui
& gladius gloriæ tuæ / negabunt inimici
tui te & tu super colla eorum ascendes /
Ascendit autem moyses de campestribus
moab super montem nebo in cacumen
phasga contra hiericho & ostendit ei
dñs omnem terram galaad usque dan /
& universum nephthali & terram ephraim
& manasse & omnem terram juda usque
ad mare novissimum / & australia &
campestria circa palmarum civitatem
usque segor / dixitque ad eum dñs hæc
est terra pro qua juravi abraham isaac
& jacob dicens semini tuo dabo eam /
vidisti eam oculis tuis & ad illam
transire non valebis / mortuusque est
ibi moyses servus dñi in terra moab
jubente domino / & sepelivit eum in
valle terræ moab contra phogor & nullus
scit homo sepulchrum ejus usque in
præsentem diem / centum & viginti
annorum erat moyses quando mortuus
est non caligavit oculus ejus nec fugit
dentium ejus quidquam / flevitque eum
filii israel in campestribus moab triginta
diebus / & completi sunt dies fletus
& luctus moysi / Josue autem filius
nun repletus est spiritu consilii quia
moyses posuit manum suam super eum
& audierunt eum filii israel & fecerunt
sicut præceperat dñs moysi / & non
surrexit ultra propheta in israel sicut
moyses quem novit dñs facie ad faciem /
in cunctis signis atque portentis quæ
misit eum facere in terra ægypti pharaoni
& universis servis ejus & omni terræ
illi / universamque manum robustam
& omnia horribilia quæ fecit moyses
coram cuncto israel

Incipit liber josue filii nun

Factum est autem post mortem moysi
servi dñi ut dixit dñs josue filio nun
minister moysi dicens / moyses servus
meus mortuus est / tu ergo consurge
& transi iordanem hunc tu & omnis
populus iste in terram quam ego dabo
filiis israel / omnem locum quæ calcaverit
pes vester vobis dabo sicut locutus sum
moysi / a deserto & libano usque ad
fluvium magnum fluvium euphraten
omnem terram cetthæorum usque ad
mare magnum contra occasum solis
erit terminus vester / nullus stare
poterit contra te cunctis diebus vitæ
tuæ sicut fui cum moyse ero & tecum
non dimittam nec derelinquam te /
confortare & esto robustus tu enim
introduces populum hunc in terram
pro qua juravi patribus eorum ut
tradam eis / tantummodo confortare
& esto robustus vehementer ut custodias
& facias omnem legem quam mandavit
tibi moyses servus meus non declines
ab ea neque ad dextram neque ad
sinistram ut intelligas omnia quæ
facies / non recedat liber legis hujus
de ore tuo sed meditaberis in eo die
ac nocte ut custodias & facias omnia
quæ scripta sunt in eo / tunc enim
dirigetur via tua & habebis intellectum
prosperum / ecce præcepi tibi ut
confortare & bene agas non paveas
& non formides / dñs enim deus tuus
tecum est in omnibus ad quæcumque
perrexeris / præcepitque josue magistratibus
populi dicens / transite per castra &
præcipite populo ut parent cibaria
quia post triduum hoc transibitis
iordanem ut ingredi possitis & possidere
terram quam dñs deus vester dabit
vobis / rubenitis quoque & gaditis
& dimidiæ tribui manasse locutus est
josue dicens / memores estote sermonis
quem præcepit vobis moyses servus
dñi dicens / dñs deus vester dedit
vobis requiem & omnia hæc tribuit
vobis / uxores vestræ & filii vestri
& pecora maneant in terra quam dedit
vobis moyses trans iordanem / vos
autem transite armati ante fratres
vestros omnes fortes bellatores & pugnate
pro eis / donec det dñs requiem fratribus
vestris sicut vobis & possideant & ipsi
terram quam dñs deus vester dabit
eis & tunc revertemini ad terram
possessionis vestræ & habebitis eam
quam dedit vobis moyses servus dñi
trans iordanem ad ortum solis / dixerunt
autem ad josue omnia quæ præcepisti
nobis faciemus & quocumque miseris
ibimus / sicut oboedivimus moysi in
cunctis diebus ejus ita & tibi oboedimus
tantummodo sit dñs deus tuus tecum
sicut fuit cum moyse / qui contradixerit
ori tuo & non oboedierit cunctis sermonibus
quos præceperis ei morte morietur /
tu modo confortare & esto robustus /
Misit autem josue filius nun de setim
duos viros exploratores clam dicens
ite & considerate terram & urbem
jericho / qui profecti ingressi sunt
domum meretricis nomine rahab &
dormierunt ibi / nuntiatum est autem
regi jericho dicentibus ecce viri ex
filiis israel venerunt hac nocte ut
explorent terram / misit ergo rex
jericho ad rahab dicens educ homines
qui venerunt ad te & ingressi sunt
domum tuam ut exquiramus omnem
terram / quos cum tulisset mulier
& abscondisset ait ita est venerunt
ad me viri sed nescio unde fuerint /
& cum tempus esset ut portæ clauderentur
tenebræque apparerent egressi sunt
nescio quo perrexerint / festinate &
persequimini eos cito enim comprehendetis
eos / ipsa autem fecerat ascendere
eos in tectum domus suæ & absconderat
in fasciculo lini qui ibi jacebat /
illi vero secuti sunt eos per viam
qui ducit ad iordanem ad vada / portæ
autem clausæ sunt statim cum egressi
fuissent qui persequebantur eos /
antequam dormirent illi ascendit ad
eos mulier in tectum / & ait scio
quod dñs tradiderit vobis terram
nostra & irruerit pavor vester super
nos & omnes habitatores regionis
pertimescant / audivimus enim quod
siccaverit dñs aquas maris rubri
ingredientibus vobis & egressis de
terra ægypti & quæ feceritis duobus
regibus amorreorum sehon & og qui
trans iordanem fuerunt quos interfecistis /
quæ cum audissemus pavore contacti
sumus & nullus remansit audax contra
introitum vestrum / dñs enim deus
vester ipse est deus in cælo sursum
& in terra deorsum / nunc ergo
jurate mihi per dñm quia sicut ego
misericordiam feci vobiscum ita & vos
facietis domui patris mei / & date
mihi signum veritatis / ut vivificetis
patrem meum & matrem meam & fratres
meos & sorores meas & omnia quæ
illorum sunt & liberetis animas nostras
a morte / dixerunt viri pro animabus
nostris nostra sint si non prodiderit
hoc negotium nostrum & cum tradet
nobis dñs terram faciemus tecum
misericordiam & veritatem / deduxit
ergo eos per funem de fenestra erat
enim domus ejus in muro habitabat
in muro / dixitque ad eos ite in
montana ne forte occurrant vobis
revertentes persequentes & latitate
ibi tribus diebus donec revertantur
qui persequebantur & postea vadite
in viam vestram / dixerunt autem ad
eam pura erimus a juramento hoc
quod adjurare nos fecisti / si cum
ingredientes terram posuerimus funem
coccineum in fenestra per quam nos
demisisti & congregabis ad te patrem
tuum & matrem tuam fratres tuos &
omnem domum patris tui / si quis
autem egressus fuerit ostium domus
ejus sanguis ejus erit in caput ejus
& nos erimus innoxii / omnis autem
qui fuerit cum eo in domo sanguis
ejus sit in caput nostrum si quis
tetigerit eum / quod si hæc quæ
diximus tibi indicare volueris non
erimus astricti juramento / dixit
illis sit sicut dicitis / & dimisit eos
& illi abierunt & funem coccineum
appendit in fenestra / profecti autem
venerunt ad montana & manserunt
ibi tribus diebus donec reverterentur
qui persequebantur eos / per omnem
viam quæsierunt & non invenerunt /
reversi sunt ergo & descenderunt de
montibus & transierunt iordanem
& venerunt ad josue filium nun &
narraverunt ei omnia quæ contigerant
sibi / dixerunt autem ad josue tradidit
dñs omnem terram in manus nostras
& pavescunt cuncti habitatores regionis
illius coram nobis / Igitur josue de
nocte consurgens & omnis populus
cum eo profectus est de setim & venit
ad iordanem ipse & omnes filii israel
& mansit ibi antequam transirent /
tribus autem diebus transactis ambulaverunt
per castra / & præceperunt populo
cum videritis arcam fœderis dñi dei
vestri & sacerdotes levitici generis
portantes eam moveri de loco vestro
& ire post eam / ut sciatis viam per
quam ingredi debeatis quia nequaquam
antea hac via transistis / sanctificamini
autem quia cras facturus dñs in medio
vestri mirabilia / dixitque josue ad
sacerdotes tollite fœdus dñi & transite
ante populum / qui tulerunt arcam
fœderis & ambulaverunt ante populum /
dixit autem dñs ad josue hodie incipiam
magnificare te coram omni israel ut
sciant quod sicut fui cum moyse ita
& tecum ero / tu præcipe sacerdotibus
qui portant arcam fœderis cum ingressi
fueritis primum aquas jordanis stetisse
in eo / dixit josue ad filios israel
accedite huc & audite verba dei vestri /
& ait in hoc scietis quod deus vivens
in medio vestri sit & absque ullo
dubio cunctas gentes chananæi hethæi
hevæi pherezæi gergesæi amorrhæi
& jebusæi subvertat coram vobis /
ecce arca fœderis domini totius terræ
transibit ante vos in jordane / tollite
duodecim viros de tribubus israel
singulos per singulas tribus / cumque
requieverint plantæ sacerdotum in
aquis jordanis aquæ fluminis superiores
descendentes stabunt in agmine uno /
cumque levatus fuerit populus de
tentoriis suis ut transeat iordanem
sacerdotes portantes arcam fœderis
præcedent populum / qui cum venerunt
ad jordanem & pedes eorum tacti
fuerint ripa fluminis / aquæ descendentes
de superioribus locis stabunt in agmine
uno procul in tumulo nimis grandi
qui vocatur adam qui est juxta civitatem
sarthan / quæ vero descendebant

delesso no est bertas nec in my
nosp stabilitas Si i solo deo he
et immeit. 2a cor. x. si quis
bos in scriptuis reddigit si qb
deuonit si quis extolat si qb
in facie bos cedit bn agri ego
bipsuite pshe signus q nunq
culis messore puto g. jaco. i.
si quis indiget sapia postulet
a deo qui dat omnib affluenter
bn. ggo quocuq; ult argumta
possit studeat ea q intelligt
ope adimplere. 1o. apoc. xi. si qb
adorauit bestia et ymagiez eiq
et accepert caracterem in fronte
hut bibet de vino ire dei et cru
ciabit igne et sulphe bn essd
duc sume pene sue. s. i igne
mysti et regno dei excludi nul
ti gehenna oret ego aut casti
ligo glie mihi magore gehenna
hijs de mitollenublis est gehenna
dem si dece mylia quis possit
gehennas n. tale dicet o q le
est a bta glia excidere. 8. p.
6. ego sum pans bnus qui de ce
lo descedi. si quis mandducier
ex hoc panc biuet in eternu
hm bti agri 2o. h. de libero ar
bitrio. c. ult. tota est pulcritud
ptatis. totus est gaudiu bte
eterne hoc est iommutabilis ue
ritatis et sapie q si no liceret
in ea iugiere duplio q bnus
dei hora. ppt hoc sm immuera
biles anni huius vite pleni dolo

rib et influentia tpoalium bo
nop retro meritaq; respuere
bn et id. melior est dies una
i atriis tuis sup mylia. ps
xl. si quis diligit me sermone
meu seruabit bn bti ggoi in
ore. pen. de dilectone gdtoi
mens bte et lingua referat
mich. ii. amor dei est otiosus
opat. n. magna si e si. n. ho
opari renuit amor no est. 1o.
si quis mihi ministrat me sequat
bn bti dionisij. c. sup angeli
ca gerarchia 1o. ca. dnus ce e
ptem multiplicatiosis in qbz
dei. data. spiritualibz xpiani pu
tam debz. ii. jaco. i. si quis
audiror est verbi et no factor
hut gpat bito gsiderati multu
mutuntat sic i spelo. jo. 4p
q. i. interrogo vos fres et sorores
no nunq reg. erit. qui ubiq dei
negligent audierit quig ille
qui corpi xpi sua negligentia
i terra cadere permisit 12a. jaco.
1o. si quis putat se religiosu
ee no refrenas linguam suam
sz seducens cor suu hui vana
est religio ro. bti ggoi. 8. mor.
c. qz. legma. cor. st glia aliq
bn intelligit et benedicat
alq; nemi hut. aliqui bne intel
ligit sz no benedicit. aliqui eq.
bne dicat sz no bne intelligit
Cpm sit loquendi. sedi mis
radi. tri. no sentetiandi et exti

dispones 13. p. cor. 11. si quis aut videt[ur] strenuus esse no aut[em] le spiritualiter no habeat nec est de bñ senem i publico / cui pari gre dere malu est / cui superior sit / cui inferiori sordidu / 12. p. pet. 2. si quis loquit[ur] si sermones dei si quis ministrat tanq̃ ex vir tute q̃ administrat deus ut i omb⁹ honorificet[ur] deus. q. 3. de oibus q̃ debet reddere 1q. p. 2. ad thi mo. si quis domus sic p̃esse nesciat q̃m ecc̃e dei diligenca habebit / diligenca. 11. i mente purga bñ habeat & usta christi. eg. sanctificandu exteriora signu e affectu interiora sic scripta sig[nu] e bonu in teriora 16. / 2. ad thessalon. 3. si quis no obedierit ubo p epistam meam hic notate bñ augo. q̃ fini tu deo placent q̃ ordine sigui i dei obedia tenet / 11. aug. q. si quis te pauerit in bua negocia suple p affectione xpi et. alitz bñ videns & sumo bono c. bñ agat et habeat q̃ prata⁹ potat si sua disci perit mala p quibz illa sustinet tribulatoe igit ad retributo 18. jo. 11. si quis voluntate eius facere cognoscet de doctria e / bñ bñ agit dicit scriptu sic exponit ut christus dei & xpianus / hedificet bñ exponit eccam si dicat q̃ no patietur / 19. io. 16. si quis in me no manserit mittet[ur] foras sic palmes & arescet / et colligent eu & in ignem mittent & ardet / bñ bocca⁹. 2. de solacone / o felix homo q̃ habet

si deus amicos amor quo celum regit[ur] regnat 2ª. p. 2. si quis petunt adiutoriu habet apud deu patre ihm xpm justu / et ipe est propiacio p̃ peccis nris / bñ ysa. timor dei timor dei est qui emula tur mortem finat corrigit me teb & pretia habet felicitate 1. vitam eternam / 2m est exercitatiu ena gelii quia si quis simone meu fuerit bñ ecc̃i. 16. si nolue rit[is] malitia mea finire / suadebit te / bñ repio q̃ ubu dei dei debet finari. s.

1p. in corde ut justificet[ur]
2. in ore ut audiat[ur]
2. ut ore ut divulgetur.
2. in opere ut remuneret[ur]
3. in corde bñ agit de predicatis esaie. 2 paral. simul pluit deus sup segetes pluit ad oriem sup synagas adignem et tame bona e pluuia sic ubu dei sup omes q̃ pluit videat ysti quale radice habeat. i. quale cor. bñ in malu dulci est pluuia dulce e ubu dei dom[in]e ad cor malu bñ. ps. ysaie. me dne qm & ct. qui simple est ubu pris / 2. in aure in hi. q̃ fit ipe simo. 11. magnu dei cu magna reuerencia & audiu / simo. 11. xpi est dei jo. 12. simone que audisti no est meu set eius q̃ misit me pris / et io est celeste alimetu bñ augu. i simone. 20. si quis ubo xpi pastet terrenu pabulu no requirit / nec. 11. po teb capere pane sci. qui pane

bñ.

refin[a] saluator negligit finna
corpis ·ppu· pablo lectoris sinedr
ut legitur tu hic ·ppte· qui alum
tu dbi celestis acquirit ipe est · n·
ouiq refite ꝑ sequunt ·ihaz · m
ꝓsequunt bisteri / bu· est· 2o· qui
eligit ihu dei ꝑfumbit eu ℣ ut
i ore dnuulgeret ꝑ ꝑte· 2o· si qus
lat[a] · q· hmoes dei dbi ꝑs ·ihu
dnd milit stos suos in eternu
ꝑfumbit[a] ℣ in ore ut remine
hic ꝑ gram et ꝑ glam i fut[o]
qua nobis gradit xp̃s ame

Ecce rex tuus

dcit zachi· 9o· et· m[r] 2i·
doctorb sacre sptre tale fuit
ionc dt ꝑ sptm judeoz possit
ꝓbari xp̃m venisse / et dr q sic
ꝑ qm sacm sptm denuntiat ad
fidem · determinat tpis loci · modi
veniendi · 2 modu moriendi / si ois
istu gaurge i dnm manifeste pz
q· 9· q fuit ꝓdictu est adimplectu
/ sacm aut sptm ꝓdixit xp̃m ad
ueni ut pz· in duobs loc · · determ
nat tpis veniendi loci · 2 modi
· 2 moriendi · 2 modi moriendi · 2 oia
istu fuit adplecta · i· jhu nazareno
q· ipe fuit verus xp̃s messias ꝓmi
ssus in lege ℣ q istu· 2o· fuerut
adplecta i ihu nazareno ꝓphica· 2 ꝓ·
q· tpis fuit adplecta gen· 2o· no au
fere[o] steret[m] de juda nec dux de fe
more eius donec veniat q mittendus est
et ipe er[t] exp· gentiu / dnt ipi in
hebreo rege eloru deos colebos / de
co q in hirne no cet[a] de tribu juda
ꝑ illa no fuit adoptiua ꝑ 2 dis
tinct ꝑ modu · et de tribu judi ubi
de rex judeoz et q xp̃s in ea veri
manifeste dicat jubi· moyses ju
dicu ordinauerat The nazare
nus vocabit est· 2e· messias · 2 jude
dictu est ꝑ domus judei et· ipe
fuit ca · 2 genuerit et destrue
ret[a] · ysai· in gladio 2o· josephus
i· 2o· lib· antiquitatu describens
tpis tiberii cesaris fuit hussem
tyonibus uno sapiens vir si tu
cui virtus nomine fus est erat· n·
inuisibilium operu efector · 2 doctor
eaq bonu qui· libenter ea q uera
sunt audiut · 2 multos quide jude
os multos alie ex gentilibus sibi ad
junxit xp̃s hic erat huius acu
sacione priuos genetiu ipe vir
tutibus sed potenti· in cruce se decre
uit · 2 hijs qui ab initio eu di
lexerut · apostol 2a· die bnug ꝑ
q· dnum inspirato ꝓphe hr · 2 alios
innumerabiles de eo dixerut ℣ 2o·
sacm sptm · licet· loqui· nasse
di michee· q· et· tu bethlee· efra
ta parula es ni milibus ex te·
·ii· egredietur· qui sit dominator
i· isrl· et· egressus eius ab initio
a diebus eternitat· ubi· sit doctor
ubi· psalmus· i· messias· filius
dd ℣ 3o· post modu veniendi · q·
· s· xp̃s ni puritate legis zacha
9o· ecce rex tuus veit · 2 nasue
tus justus · 2 salvator et ipe pau
per ℣ 4o· determinate modu mori
endi · ysai· 53· sicut ouis ad occisio

ducty est q. agnu cond tondere
se ebmutescit ⁊ no aperet os sm
de angstia. s. mortis ⁊ de iudicio
sublatu est generacone eius q̃s
enarrabit. q̃ abscisus est de tra
viuentiu. istam ystoriam exposuit
philipus diaconus eunuchu. regis
regie ann. xx. na cū legeret di
cit sp̃s philippo accede ad curru
istu ⁊ ct. glo. sup. is ysaiy. ultio
angusta pturiret. peperit antiq̃
natu filiusset. ille qui ⁊ scripture
reddegit ultimū natu ⁊ redemptor
in q̃ nativitate tpis. qm eccles
te ⁊ templū ihrlm destruxit et
ydolu erexerunt ⁊ expulit deus
didit dicendo zo. p. duo demonia
natu est xp̃s licet tiberius cesar
ei. mysia misisset pu pusillam
sed nescio. oia istu. credit xp̃m
adorasse et. mitti pudor. qdā
hoc et qm eis de ubi est deus a
liq̃ q̃ ait. anglis ignes mi. q̃ mo
ysen legerit ⁊c. dicit. i. mote s
nay. p̃ceptis p̃cepta dñi ad q̃s ostē
dendū. alii dicit q̃ est ubi mo
ses egressos exercitu p̃cepit ad
dñi. de liberacone pudor. alii
q̃ dicit p. iudicio pcup ⁊ hinc
liceat pu. ei. ysaiy. q̃z. nos re
putauim eū. q. leprosum et pcu
su ⁊ a deo humiliatu. Cum. gē
ona istu sunt applicata. pu ihesu na
zareno g̃ ipe ⁊ xp̃o g̃ ia hinc
modo ad intelligendū quanglm
est scribendū q̃ scribit exod.
.12. iudi. .16. die mesis aplis
portabit agnu ad immolandū agnus
.14. die ad vesp̃z ad solē occi
dendū ⁊ ibi. finabit. ipse ad die
q̃ sm legē debebat immolari et
ut verius patebit. figē xp̃s
qui de agno ab die mensis aplis
hoc est hodie venit i ihrlm. cu
hodierna die ille anno q̃ xp̃us
fuit mortuus sunt .xl. dies me
nsis aplis et p̃ma die mensis
aplis resurrexit lazarus ⁊ .xl. immolatus
die mensis aplis fuit immolatus
p̃ sacerdotale ⁊ q̃ sm immolacone
fuit agnalis necessaria die aut sabbi
q̃ fuit .xv. dies mensis aplis p ossi
sum iudeor. disruptu fuit q̃ xp̃us
moriet. xp̃us aut sanctus hic ihrlm
i ciuitate efrem ⁊ ibi. morabat
cū discipulis suis p. ti. ⁊ luce .19.
p̃da dixit eis luce .18. esse aspe
ra ihrolimis ⁊ ct. et dū lamentat
herod. ihrlm cuncti dicte leprosi
luce .17. et matres filioz zebedei
fecit petitione sua et appropinquans
ierico illuxit cecis huic et mit
tit dominū zacheū ⁊ fecit parabolā
de decē. ar. luce .19. et illuminauit
duos cecos. ar. 28. die aut sabbi
ante ramos palmaz venit i bethā
nia ubi fecerunt ei cenā martha
⁊ maria magdale ⁊ lazarus cum
eū eis eadem die in. magdale.
effudit unguentu sup. caput eius ⁊ pe
des unxerunt hodie. n. p̃ ulti
mo .16. die mensis aplis xp̃s ve
nit herod. ihrlm et exiuit ⁊ ma
ledixit ficulnee ⁊ subito aruit
et i templū discipli accesserunt ei

ficulnea sine uuis gestit. Et cum
euangelium de quo accepi ubi ihs
sit esse rex tuus legit. Ni dns ut
tu de xpo audiret.

Primo quia est magnifeste demostratio
diuina esse.

Secundo quia est gliose exaltatio quia
rex tuus

Tertio quia est gratiose humiliatus
quia mitis

Quarto quia esse te de xpo audisse ho
mo potest et misericorde ne ho
fleuit sup ruinis pitudens eis
destructione. Luce. 19. Ho ut e dam
forte maledixit ficulnee pisimu
me synagoge p fructuosis dis
nacone / et dico forte q nesio ut
fuerit maledicta hoc ut constet de
hodie fuit sera ista q. quis e his
signis que illa qui fecerit xps
in astestione quis est iste qui ue
nit de edom / putant eum i templi
et cecat ibi. vendentes et emetes
ad figendi cultu sacerdoti et ostsi
one sui subuersiois cumulat. p de
scensu ceco et claudos ad ostsi
du sua aduone ad loies / post hc
pharisei. q. xpm puerorum q
laudes pueroz audi
ret rudt ex ore infantium fecit
aut nesciu uenit in terram. ad
corpis sui alleuiam recreacez p
magni labore / dns. n. fm. p. fuit
pruptus fuit et multi. mlti adul
to q in urbe maxia ullim hospi
te nullus fuerit mansione si i uico
uno erat lazarus sororesq. eius
habitabat / dicat. n. p. q. fuit alia
signa que fecit dns hoc fuit nul
lus q dns ho illo t. tantis
sceptribus ut ante post crucifige
stibus et phariseis q se reuisebu
et punisendus fuit potuit ad unu flagelli uerbem
tam esse multitudine igneu. u.
ipsi atq; sideru radiabat ex
oculis eius et dimittit. nuncestine
et i istis ostendit subitatez nulli
explicabilem. Secundo q quor ga
udii est aduenae deplorandi Tertio
quor honor qui no est diuina
iniuria dissimulandi Quarto q pigre
fit ruptus dei zelus est primo
visitandi Quinto q e ante replez
est gemitus obiurgadi Sexto q
proximoz est miseria releuanda
Septimo q scytuma diuina est abegnadi
octauo q post labore est corpis indi
gena sublenadi ut dicamus xpo
deo hoc ps. q scdz. ps. 23. ante q
ea uenit dicat dns et sustinta
bo dd. qnne iustu et hoc e no.
q uocabit eu dns iustu. me
hic expuisti christus / nu ubi
nos hemus qnne iusti uestis
caldaica qua iudei no auderet
negare hr messia nostu et ubi
hale nusto nr. in hebreo scet
nomine dei tetragramate q nulli
p. appiari u soli deo / et si de
iudeis. dicet et sic de alijs nulli
sico q hc. n. valet. qz n. ad. est
deus u dns est. hic / ul iste no
cat deu uel deo dato / st ad plenu
q xpus no tm fuit deus ho sz et
deus de per allegatu q scdz ysay.
q. puuulus dns est nobis et filius
datus e nobis et factu e principatus

sup humerum eius et uocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius deus fortis
pater futuri seculi princeps pacis. In hoc quod
dicitur paruulus natus est nobis intelligitur
eius humanitas quando dicitur admirabilis in
teligitur eius diuinitas. Dicunt hebrei
quod in hebreo non habetur uocabitur sed
uocabit et tunc non refertur ad pu
erum sed ad deum uerum qui uocauit
eum et tunc in fine actoris non ha
betur princeps sed principe pacis. Sed
textus eorum corruptus est qui in trans
latione septuaginta interpretantur habetur
princeps. Ideo rabi mattam super illud he
lesemothi exo. 13. sanctifica mihi omne pri
mogenitum dixit sanctus et bonus moi
si quemadmodum ego feci. Iacob primo
genitum meum sic ego faciam regem
mesiam primogenitum meum. Miracula
enim que deus fecit ostendunt eum esse uerum
deum. Sed ipsa miracula iudei diui
gnant isto modo in quodam libelo
quem apposuerunt contra xpm ut narra
rat pugio 2a parte c. 8. dicit quod
tempore quo regnauit helena que dominabatur
uniuerse terre israel uenit ihesus naza
renus ierusalem et inuenit in templo
lapidem in quo sedebat olim archa
dominum et inuenit scriptum nomen dei tetragra
mato in sancta sanctorum et illud nomen habet istam
uirtutem quod quicumque pronunciauerit
sicut docet omnia mirabilia potest facere
et illi qui intrabant et legebant
non potuerunt retinere quia in exitu
illius domus que uocabatur sancta sanctorum
stabant duo homines et ita fortiter
tubis clangebant quod statim omne nomen
quod didicerat tradebat obliuioni

primogenitum

nomen

ista que remanent in albo ad perfectionem sunt

Sz xpus ut dr. intrauit i sca scor
et scripsit id nomen et cu gladio
scidit crus ppu et int pele et car
ne posuit pgamenu et cu exisset
sca scor tradidit illud nomen obli
uioni set postea cu gladio scidit
pele cruris quod fuit sanatu
virtute illius nois et extraxit
nomen et didicit et sic faciebat
miracla cu go iudei sciret hoc
consuluerunt ho. Iude stariotis q
faceret sile. s. q intraret sca scor
et ita faceret oia sicut xpus cu
go uenissent coram helena et xpus
dixisset ascenda in celu et de
facto ascenderet dixerunt iudei
Iude stariotis ascende post eum
Cum go ambo ascendisset in al
tu inceperunt luctari et xpus ce
cidit et fregit sibi crus et ho
oi ano plorat xpiani. Quilz
pot aduerte q dre hoc e ter
ribilis stulticia nam Josephus ut
dictu est dicit oppm. dicamus go
de xpo q dr daniel .i. ecce i nu
bibus celi. qsi filius hois ueniebat
Eo dico q gliose exaltatus qz
rex xpus .n. fuit talis rex q
iudeos debelauit et eius actione
sunt dispersi p mundu ideo dicit
rabi Johanna ueias missias et
oio iudea eu fuit sibi dtm qre
dicebat dicebat q ppt uerba
Ie. 30. interrogante et uidente
signat masculu qre go uident
omis uiri manu sup lumbuz
suu .i. pturientis et s telsa fi.m

nomen

regem iste est fortis cuius ē ois
fortitudo xp̃s scūs ⁊ electus ipe
